



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Epitome De Fide Et Operibvs, Adversvs chimærica[m]
illam atq[ue] monstrosam Martini Lutheri libertatem,
quam ipse falso ac perditæ Christiana[m] appellat**

Hoogstraten, Jacobus van

Coloniæ, 1525

VD16 H 4817

Co[n]futa[n]t[ur] Martini sophistica argume[n]ta. Cap. XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30498

¶ Cōfutāf Martini sophistica argumēta. Cap. XIX

SEx ergo sunt opēz necessitates, nō quidē cōmēticiā, ut
est illa Martini liberras, sed uerē magniq; momēti & uti-
litas, propter quas homines legis operibus opus habent
ac diuinā legis uinculis obligant, Quod tāctū sit seruū eē, nō
est tñ ignobilis aut grauis illa seruitus, q̄ deo eiusq; suauissimo
iugo subiicimur, q̄nimo iucundissima est multo magis q̄ ficta
illa & diabolica libertas quā christianā p̄dicat Martin⁹ Qui
ut populū ab inspectione & cōsideratione tantarū necessitatū
auerteret, ridiculā quandā & futilē, immo chimericā libertatē
in mūdū extraxit, quasi q̄ ex imis inferiorū latebris, cacū aut
turbatorē aliquē produceret, Hac sane futili libertate, imp̄ssis-
mus impostor, eo miseros mortales adēgit, ut abiectio suauissi-
mo sessore Ch̄ro, cui⁹ eq̄tatus est saluatio diabolo ceruices in-
clinauerint, Hoc nimis pessimo dolo, q̄a hoīes a diuinę legis
opibus absoluto sermone liberos eē p̄nūciat, Aptū profecto
medium, misq; profecto, ut aliq̄s inuenire potuerit, q̄ hāc asser-
tionē ueluti ch̄rianā aplecterēt. Imo mltō maxime mirādū est
q̄ etiā sint q̄ nephādā hāc doctrinā pro oraculo proni adorēt
uenerentq;. Ceterū si uel mihi paulisp̄ auscultaueris pie lector
intelliges plane q̄ sint friuolę rōnes, q̄ uulgaria (ne dicā stoli-
da) argumēta, q̄bus ad illā chimericā ac sordidā libertatē astru-
endā, ultro citroq; uelitat⁹ Martinus. Reuera tā ridicula sunt,
ut his ne puero qdē fidē faciat, q̄ dialecticē, uel summis (ut a-
iunt) labris p̄libauerit, tantū abest ut eruditus quisq; his se nu-
gis defraudari uel seduci p̄mittat. Sic em̄ fere in plerisq; locis
rōcinat. Iusto nō opus ē bonis opib⁹ ut iustificet, igit̄ iusto nō
ē opus bonis opibus, liber ergo ē a bonis opib⁹. Ecce argumē-
tū. Quis rogo nō rideat, hoc tā frigidū imo tā plūbeū argu-
mētū? Ignoscat mihi cādid⁹ lector, si hoc in loco paululū, me
ad pueriles nenas demisero, & cū his rudissimis hoīb⁹ paulisp̄
p̄ ineptiero, & rudiorib⁹ luserim⁹ exēplis, dūmō in clara simi-
tudine q̄drēt Martini instituto. Quis em̄ usq; adeo puerilis ē,
q̄ nō apte hic uideat i rōnē Martini cōmitti fallaciā quā diale-
ctici, cōsequētis uocāt aut a dicto scdm̄ qd̄ ad dictū simpliciter,
Aut si hic loquēdi mod⁹, utpote philosophic⁹, obscurior cui
libet uideat, exēpla proferā q̄ fallacię hui⁹ locos p̄ atēf̄ oñdāt

Primum dubitabis ne hęc ridicuiam esse ratiocinationem uir
ex patrimonio diues, non opus habet cura & sollicitudine, ut
dicitur, id est, ut diues fiat, igitur non opus habet cura & solici-
tudine. Liber ergo est a cura & sollicitudine. Annō uides eū
dē adhuc cura & sollicitudine opus habere, ut diuicias custo-
diat, paupertatē ne incidat, & in salutem animæ fur diuicias salu-
briter dispense, & in omnibus recte coram deo ambulet.
Ita pfecto circa p̄fatā Martini rōcinationē, etsi iusto nō opus
sit bonis opibus ut iustificet. i. iust⁹ fiat, nēpe quā iust⁹ est, indi-
get nihilomin⁹ bonis opibus, ut uitā æternā mereat, æternāq;
dānationē euadat, ut ca. 18. oñsum est. Nō ergo a bonis opib⁹
liber est. Exēplū istud q̄ ad priorē Lutherana libtātē sufficiat.
¶ Superest ergo ut alia huius fallaciæ exempla producamus
Martinianis strophis similia. In materia autē secūdæ suæ li-
bertatis (quā menstruatā dixit) eiusmodi sint exempla. Ho-
mo opus nō habet tributū soluere, ut corpore sanet, ergo o-
pus nō habet soluere tributū, liber est ergo a solutione tributi.
Itē, qui cæcutit aut lippis est oculis, opus non habet ut colly-
rio calcaneū ungat, igitur ut clarius uideat nō opus est ei ut col-
lyrio ungat. Et illud rei domesticæ opus nō est butyro ad ob-
struendum clibanum feruentē, igitur ad rem domesticam,
non opus est butyro, res ergo domestica a butyro libera est.
Certe ueratro opus illi fuerit, cui hęc argumenta fidem fece-
rint. Rursus, Homo oculis opus non habet ut audiat, igitur o-
culis opus non habet, liber ergo est a collyrio, liber est & ab
oculis. Deniq; homini pro explendo uentre, sapientia opus
non est, liber ergo a sapientia. Cernitis nunc infelices stipu-
le, q̄ turpiter hallucinatus sit ille magister uester Martinus cō-
simili argumentorū genere libertatem suam astruens.